

Serenissime Archidux

183 200

Offert lator harum P. Ferd. Herberstein meo nomine Serenitati vestrae huiusmodi inclusum
munusculum nobile quidem, perspicuum, at si vera sunt, que de eo dicuntur, pretij nomine contemnenda.
Lapillus est, ab Hispanis dicitur la piedra di Cobra, non ita pridem ex regno Sinarum
ad me transmissus, veluti singulare quoddam, et ob raritatem suam magni estimandum; utpote, qui
stupendas contra venena, et potissimum contra venenosos Serpentes et viperarum morsus vires
obtinere scribitur. cuius rei veritatem si quis experiri velit, hoc pacto, uti P. P. N. N.
Sineses scribunt, procedatur; Canem a vipera, aut alio quovis animali venenoso mordere
sint, quod ubi factum fuerit, e concepto viru venisq; diffuso toxico mox intumescet canis, cuius
vulnere protinus appositus lapillus, ita insita sibi virtute ei agglutinatur, ut vix amplius duelli possit.
manetq; tam diu vulnere affixus, quamdiu aliquid veneni in corpore remanet. Quod ubi totum
exfluxerit, tum ecce hircudinis instar, veluti veneno iam satur sponte sua decidit; veneni iam omnis
in corpore latentis extracti luculentum indicium. ne vero lapillus veneno iam tumens alicui
noxiam inferat. eum lacti imponere solent, in quo deposito omni veneno, pristino suo vigori restituitur.
Atq; huiusmodi virtutibus lapidem instructum esse, supramemoratis Patres nostri Chineses, mihi scribunt.
Quidquid sit; ego certe experimentum eius non feci, sperans futurum, ut id per medicos Sere-
nitatis vestre maiori studio fiat. Interim Serenitati vestrae munusculum, eo quo solet, oblenamissimo affectu
acceptare non didi jactiter. quod ubi intellexero magno sane me beneficio affectum arbitrator. Vale
Serenissime Archidux, eiusq; (qui te tuasq; horum virtutes vix sufficit et admiratur, studia
literarum tuarum favore gratia fovere et promoveri ne dedigneris.

Romae 9 Jun. 1662

Serenitatis vestrae Archiducalis.

Servus humillimus et obsequiosus
Athanasius Kircher

Erstlich die Geschichte

[Faint, mostly illegible handwritten text in German script, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

*Ad Profructum Caroli Ferd.
Tyrolensis*

Geneve le 16. 1683

Secretaire de Son Altesse

[Faint handwritten text at the bottom left corner.]